exeuntes, velut piratæ nequissimi
in via Sardiniæ cum suis galeis eos
aggrediuntur et Pisanos inermes ca-
piendo pecuniam omnem depredan-
tur, naves alias (relinquendo atque alias) secum ad propria
reducendo. His igitur auditis Pisa-
ni cives turbantur et suos negotia-
tores a Januensibus sine offensa
depredatos esse valde mirantur. Pisa-
norum autem sapientes juxta ini-
micorum stultitiam et inauditam
superbiam se ulcisci nolentes, nun-
tios suos nobiles et peritos Januam
dirigunt, Januensibus denuntiaturos
urbem Pisanam eis velle satisfa-
cere, si qua umquam accidisset offen-
sa, et quæ injuste Januenses abstu-
lerant, Pisanis placere[a] recipere[b] et
amicitiæ vinculum refirmare, pa-
cisque fœdera restituere. Sed[c] hæc
insanis mentibus Januensium au-
diens vesania dedignata est ulla
respondere pacifica, imo supradic-
tis inferre pejora minatur. Cum
autem Pisani cives tam frequenti-
bus nuntiis quam pacificis litte-
ris factam sibi prædam et pacem
exposcerent nec ea consequi ullate-

pirate c.

a) re in loco raso posteriore, ut videtur, manu

b) cip in loco raso.

c) Set post corr. Sed c.

littteris